

## QUESTIO IV. Arabica:

*Qualenam latus Christo jam demortuo, Joh. 19, v. 34.  
lanceâ cujusdam stratiota fuerit ef-  
fossam.*

1. Quibus ea felicitas contigit, ut aliquadantenus saltem studia Arabica rimari queant, næ, præter oblectamentum, etiam emolumentum indidem ferent ter maximum.

2. Primi enim ex gentibus fuere Arabes, quos Paulus, post suâ conversione, invisisse legitur Gal. 1, v. 15.

3. Et nil habetur in Codice nostro sacrosancto, cum primis in Novo Instrumento, quod Arabes non transtulerint in suam vernaculam.

4. Imò, inter Germanos nostros superiores *πρωτα-  
εαβιζοντας* primus, Clarissimus P. Kirstenius, ex rela-  
tu sui præceptoris Arabici, audeat asserere, *Multas D.  
Pauli Epistolas, aliorumq; Apostolorum scripta esse Arabibus,  
qua nondum in altis extent linguis.* Vide sis præfationem  
lib. 1 Gram. Arabicæ, p. 5. §. 1.

5. Et horum fortean, aliorumque copiam nobis tandem subministrasset adamantina prorsus Erpeni, Professoris quondam Lugduni-Batavici, sedulitas, Doctoris nostri muti *εν τῇ γλωσσοαναρλικογνωσία* quondam experientissimi, solertissimi que. Verum eundem.

In festVM stVDII, ab stVLIt atra LVes:

6. Hæc autem ita abs me scripta, accipi velim, non ut, ex mēte adversariorum nostrorum Papanorum, Codicē sacrum alicujus imperfectionis infimulem, (quod absit à me longissimè, qui *ד' תמ' ל' פ'* omnē perfectionē Bibliis nostris sacris deferendam esse, ex mo-  
nitis